

clare, distinde, & perfecte videret. Non est enim id factum confortatione quadam, & elevatione naturalis oculorum aciei, sed raptu quodam Spiritus, Stephanum impletis, agentisque, eique cœlos apertos, atque in his, stantem a dext̄is Dei Iesum ostendit.

**Sedere, an  
beatitu-  
do?**

**Resp.**

§. 5. Iam pergamus cum Cornelio. Quosdam Patrum ait respondere: sedere ad dextram Dei idem esse quod habitare in gloria cœlesti, quomodo omnes Beati sedent a dextris Dei. Sed hoc non sufficit: hic enim præ aliis sanctis proprium aliquid Christo tribuitur. Utique solius hoc est Christi, sedere in dextra Dei, qui & solus ascendit super omnes cœlos, ut, sedens in dextra Omnipotentis, omniaque, quæ in cœlo & in terra sunt, sua maiestate gloriaque impletis, impleret omnia. Sedet tamen & Christus in dextra Dei beatus, sed beatitudine ea, qua beatus Deus est. Unde beatitudinis Christi, & beatitudinis sanctorum, differentia apparet.

**Sedere, an  
equalis  
majestas?**

§. 6. Ait ergo secundo Cornelius, *alios possim Patres putare, per sedere hic significari aequalem majestatem Filii cum patre, scilicet regnet quasi summus rex & dominus omnium, simili modo Dei majestas alibi discribitur &c. Hoc verum est, sed non ADÆQUATUM, nec maxime intentum in scriptura. Patet enim tam scripturam, quam symbolum Apostolicum hanc sessionem tribuere Christo HOMINI, postquam resurrexit & ascendit in cœlum.*

**Resp. I.**

§. 7. 1. Si verum est, sedere hic significare aequalem cum Patre majestatem, scilicet divinam, divinum regnum & dominium; ut vero adæquatum sit, Christo id homini esse tribuerendum; iam deprehensa veritas est, & aperte manifestata simplicitas fidei nostræ & confessionis, quæ asserit; Sessione Christi ad dextram Dei, significari divinum regnum a Christo homine acceptum. Hæc pura fidei confessio id habet, quod vel Cornelio ipso judice, & VERUM est, & ADÆQUATUM. 2. Et hæc fuit multorum Patrum, quos prima allegavit disputatio; quæ & eorum clara verba excerptis, explicatio, & sententia. Namque isti de Christo homine, de carne nostra loquuntur, & sessionis honorem ἰσότιμον, ὁμότιμον, aequalē & eundem cum Patre, explicant. 3. Adhæc Patrum, quos allegat quidem, sed deserit Cornelius, ea autoritas est apud Bellarminum,